



PEDACII DIO-  
SCORIDIS ANAZAR-  
bæi Liber, de Venenatis animalibus,  
& ab iisdem infectorum vulne-  
rum signis & cura-  
tione.

IANO ANTONIO SARACE-  
NO LVGDVNABO, INTERPRÆTER.  
PRÆFATI O.

**D**e bestiis venenatis & exitia-  
libus venenis agere sic circō  
nobis propositum est, ut cu-  
rationis remediumque to-  
tus expleatur modus. Siqui-  
dem pars hæc, non minus  
quam cæteræ aliae, necessaria est iis qui me-  
dicinari faciunt: quippe cùm eorum admi-  
niculo quæ inibi traduntur, periculis, dolo-  
ribus & cruciatibus, plurimisque aliis malis  
homines liberari contingat. Hæc autem in  
summa

summa fastigia duo, sicuti ab initio pronuntiatum est, distribuitur. Nam qui tractatus est de bestiis virus ejaculantibus, Theriacus: qui vero de venenis, Alexipharmacus appellatur. Eum porro seruabimus ordinem, ut quae symptomata comitari consueuerint priore loco monstremus, deindeque unicusque propria remedia subiiciamus: quae quidem omnia in promptu & ad manum artificem habere oportet, propter urgentem saepenumero necessitatem. Quandoquidem est venenis virulentisque animalibus sunt per pauca, quae tarda temporisque dilationem admittentia pericula cieant: plerique vero presentaneam perniciem afferunt. Sunt praeterea qui ingenita prauitate struentes aliis insidias, maleficium ita temperant, ut subitu ac repentinum exitium afferat. Alij prava scelerum conscientia stimulati, aut tristi quopia rerum euentu oppressi, hausto sponte veneno mortem sibi consiscere conantur: qui postea seu deprehensi seu pœnitentia ducti vitaque cupidi, celerem & presentaneam operem exposunt. Neque desinunt qui tela in hostes intorquenda toxicis illinetes, aut putres ac fontes venenis inficientes, certam & ineuitabilem aduersariis perniciem moliantur: in quibus maleficium non subito quidem, sed aliquando post vires suas exerere consuntur.

Tt. iii.

Suevit: attamen nisi maturè ac primo quoq;  
tempore salutaribus remediis occurratur,  
frustrà tandem succurritur, occupatis iam  
corporibus exitiali vi veneni. Proinde non  
vulgarem industria m diligentiamque adhibere  
conuenit, ut quemadmodum in aliis  
malis, ita & in his ars vniuersa mortalibus  
salutē afferat. Itaque apud priscos hic modus  
curandi, eius partis existimabatur esse quæ,  
quod ægris corporibus sanitatem restituat,  
Therapeutice dicitur. At recētores posito  
discrimine, quia in præcauēdo versetur, Pro-  
phylacticū nominarunt, mediūmque statue-  
runt inter eā medicinę partem cui sanitatis  
tuendę cura incumbit, & eā quę Therapeu-  
ticē dicitur, parua nihilominus eāq; leui per-  
suasione decepti. Enim uero tres esse corpo-  
rum humanorū status agnoscūt: vnum quo  
sana degunt, alterū quo ægrotāt, tertium qui  
medium inter utrumq; locū sibi vendicat: in  
quo positi recte quidem valere videntur, at-  
tamen parati sunt lapsu facili in morbos in-  
currere, variāq; subire pericula ob vim cor-  
ruptricē quę corporibus infidet: quęadmo-  
dum in iis videre licet, qui à rabioso cane  
morti fuere, necdū tamē aquæ metu horro-  
reve prehensi sunt: itidēmque in iis qui Cá-  
tharidas huiusmiser, necdum tamen cruciatibus  
trinxere difficultate tenetur. Huic igitur tri-  
pli

plici corporū cōstitutioni tripartitā artis distinctionē meritō respōdere contendunt, sa-  
lubrē inquā, quæ sanitatē tuerit: præcauen-  
tē, quæ morbos arcet: & sanantē, qua morbi  
discutiuntur. Verūtamen his responderi po-  
test, primū iuxta hanc ratiocinationē non  
tres corporis constitutiones, sed quatuor po-  
tiūs numerandas esse. Veluti enim sunt nō-  
nulli qui nondū ægrotat, attamen in morbū  
sunt proclives ob impendentē causam: ita &  
aliqui sunt, qui licet haud ampliū ægrotet,  
prītinæ tamē valetudini nondū planè resti-  
tuti sunt: id quod in iis cernere licet, qui re-  
cens morbo liberati virium recreationem ac  
robur desiderant. Sed quemadmodū hæc cu-  
randi ratio ad Therapeuticē medicinę partē  
pertinet, ita & præcauendi rationem huic ei-  
dē subiici par est: Quid quodd ad arcendas va-  
letudines etiā valētissimis vtiimur auxiliis, al-  
tiore scarificatu, vſtionibus, amputatione, ap-  
positis medicamentis mordacibus, itidēmq;  
propotismatis eiusdē generis, & plerisq; a-  
liis? Verūenimuerò sunt vſq; eō stolidi ac ru-  
des nōnulli, vt ne remedia quidē appellant,  
quæ in arcendis morbis vſurpātur. Cuius sen-  
tentia inire rationē haud ita facile est: quippe  
cūm & ipsa vox præcautionis & præca-  
uendi ratio remediorum vſum & necessita-  
tem satis supérque designent. Sed quomodo

T t. iiij.

sua illa partium Medicinæ distributione nō comple&tuntur eos, qui in pestilēti cœli constitutione agentes, nondum quidem morbo correpti sunt, p̄esti tamen propter ambientis aëris occasionem opportuni & in morbum proni redduntur? Dicet forsan aliquis, salubrium præceptorum obseruationem non aliud esse, quam præcautionis partem aliquā: quippe cùm firma reddere corpora & minus vitiis obnoxia nitamur, vt inoffensa valitudine degant, neque morbis conflectentur Neque id silentio prætereundum, quod maxime præcipuum & tanquam caput rei est: non ita distinguendas medicinæ partes, vt totidem corporis constitutionibus respōdeant, sed naturam potius vniuersitatis suis notis seorsum indagādam & explorandam, vti suis locis ostendemus. Cum illis igitur non est pluribus agendum. Illud potius annotandum, affectus qui à virulentis animalibus venenisque contrahuntur vocari cæcos, id est, quorum ratio iniri minimè potest: pariter & eorum remedia nulli esse addicta causæ. Iccircò & quæstio hæc artis eius est, quæ obseruatione simul & ratiocinatione nititur: siquidem rationi fides adhibetur. Neque enim prorsus verum illud est. Sed semper id quod redundant, quodque nullum in operibus quibusdam præbet vñum, haud facile

facile est conjectura assequi : etiam si iuxta proprietates prorsus tale est , vt illius causa reddi non possit. Hoc autem in exitialibus venenis & virulentis animalibus euenire solet. Veruntamen quod ad opera est vtile, quodque medendi praebet occasionem , id neque imperceptibile est , neq; caula carere existimatur. Quin potius ab ipso quis impulsus certiorem de abditorum comprehensione fiduciam se comparasse affirmabit. Nam et si sèpè minora sint quam ut sensibus percipientur , euidenter tamen ex ipsis inter se collatis deprehenduntur. Diocles autem , in eo commentario quem Plistracho dicauit, modos abundè prosecutus est , ad verbum ita scribens: Nosse quis hoc potest cùm in aliis non paucis, tùm in viperis aut scorpionibus, & aliis id genus , secundum animo reputans quātorum , licet exiguo sint corpore vixque cōspectui subiiciantur , discriminum ac dolorū causæ sint. Ex ipsis nihilominus nonnulla cōstat propter paruitatem ne cerni quidem facile posse , prætereaque robore à cæteris bestiis longè superari. Quantula enim censembitur , si vulnus species , scorpionis & aliorum eiusmodi corporibus nostris perniciem afferentium magnitudo? Et horum tamen aliqua vehementes cruciatus excitant , alia putrefaciunt , alia denique quamprimum peri-

munt. Rursus quātulum, quæso, æstimabitur quod à Phalāgij morsu ingegetitur venenum, quōdque vniuersum corpus grauiter afficit? Magnitudinē certè aliquā vix ac ne vix quidē deprehēdere quisquā possit, cùm id ipsū animal prorsus exigua mole cōstet. Ergo hēc ad affectiones referri oportere apud omnes est in confessō. Illud quoque exactē deprehēsum est, vim quandā ipsis inesse corruptricem, quæ insinuata corporibus malorū quæ exoriuntur causa sit: id quod receptū est iam pridem & omnium consensu persuasum. Neque quisquā inuenietur usque adeò contentionis studio flagrans, ut aliunde molestias ac perturbationes oriri afferat, quām ex materia corruptrice seu mortifera, ex parte tantū corpora contingente. Porrò id erat quod inter utilia artis opera in omni opere dicere par erat, quænam res hoc efficiat, ut nihil prorsus nos lēdat incomprehensa causæ proprietas: quandoquidem communis causa tunc ostendi potest, cùm firmiter comprehensa est. Ideò Erasistratus Empiricorum peruvicaciam graui cauillatione incessans, cæcis affectionibus causā assignauit: illis minimē concedens causam morborum supremam & communem incomprehensibilē esse, & hanc in eo quem de causis edidit commentario illustrans. Quin & illos reprehendit,

hendit, quod non explicuerint in quibus dispositionibus satisfaciat trita medendi ratio. Siquidem, exempli gratia, dicere debuerunt, scilicet in venenis venenatoi unque mortibus & ceteris id genus obseruatione contentos fore, que quidem à causarum comprehensione omnino separata sit. Primum enim in genere comprehendi facile possunt: quodquidem venenivis corruptrix corporaque subiecta ista immutans ut etiam perimat, generalē quidem, at non specialem, subindicat curationē: quae scilicet vim habeat illud ipsum habebandi ac prorsus expugnandi. Dum vero subiunxit: [venit quis ad aquam dulcem ac poculamentam, & ante obseruationem vomitum prouocauit, vulnus dilatauit, aut partem demorsam exugendam praebuit, cucurbitulas admouit, scarificationem adhibuit, cauteria & eadem vi praedita medicamenta caustica applicuit, postremō partem amputauit, ] remedia haud dubie pensitauit, quotquot [seu intus assumpta seu] foris & in summa cute adhibita immislae ad intimam pernicie aduersari possent. Haec itaque quae dissenserunt Erasistratus, tum veritati, tum & artis operibus sunt consentanea. Sed Methodicos demirari licet, qui quidem corruptricem seu maleficam vim corporibus immisam, negotiorū quae ipsa facessit simpliciter

causam esse minimè concedat, at certo quodam modo: usque adeò ineptè nomini insistunt. Palam enim etiam apud ipsos vis immissa corporibus, φθογόνοις, [hoc est, corruptrix] appellatur. Corruptricem autem vim habere, cause, non item aliis cuiuspiam rei, opus est. Aint porro voces has μέροτης & αἰωνίαντες reliquis omnibus esse similes: in quibus partes quædam dictionum non pro virtute, sed iuxta nudam emuntiationem, cōprehensæ sunt. Enim uero quemadmodum in his vocibus μέροτης & αἰωνίαντες, partes neque principales neque præcipuos retinent significatus, sic & in hoc verbo φθογόνιαν partes superuacuò & quasi productio- nis tantum gratia, non item ad certam vim & efficacitatem, vna coaluerunt. Hinc porro ad causarum differentias transeunt, affirmant que causarum quasdam esse primarias & euidentes: quæ cum primùm aduersam valitudinem crearunt, à corpore separantur, cuiusmodi sunt labor, frigus, aestus, & similia: alias vero continent, quæ excitato motbo etiamnum permanent, hoc est, quibus præsentibus & effectus eorum adsunt, increscéntibus iisdem effectus itidem augmentur, de- crescentibus minuantur, desinentibus finiū- rur: quæ denique iccirco perfectæ dici pos- sunt, quod si adsunt, effectus per se inducunt.

AE

Ac tales quidem receptissimæ sunt causarum differentiæ, quarū neutri  $\pi\alpha\sigma\tau\mu\nu$  subiecti r. Etè potest. Primaria enim causa non est, quoniam in morbus ipse permanet, nec ipsa à corpore separatur. Sed neque continens causa dici potest, quoniam magna ex parte aliud adest quod nocet, quemadmodum in iis videre est, qui à rabioso cane sunt demorsi. Quod si neque primaria neque continens causa fuerit, utique neque perfecta seu finem per se constituens, neque adiuuans causa dici poterit. Quod si  $\pi\alpha\sigma\tau\mu\nu$  in nullo causarum genere locare possumus, consequitur certè ut neque omnino causam esse fateamur. Hisce modo dictis constitutissque, esse vocabula quædam quæ in se non habeant partes rerum significatrices, sed iuxta simplicem ac nudam pronuntiationem effictas, concedendum est. Verù in planè per pauca, nè dum omnia, talem nancisci conditionem existimandum est. Neque enim  $\pi\alpha\sigma\tau\mu\nu$  in hoc nomine,  $\phi\beta\alpha\sigma\tau\mu\nu$ , perinde atque in reliquis exemplis vocum partes, enuntiantur, sed longè principem obtinet significationem. Nam quemadmodum  $\phi\beta\alpha\sigma\tau\mu\nu$ , id est, corruptionis, nomen mutationem in peius significat, sic & hoc verbum,  $\pi\alpha\sigma\tau\mu\nu$ , i. facere, ita accipendum est, ut nihil amplius ex eo quod dictio nem  $\phi\beta\alpha\sigma\tau\mu\nu$  sibi adiunctam habeat declareret,

sitq; vox penitus non significans id quod omnes palam audiunt, atq; adeo similis vocis, sitim, vt ita dicam, habere significati. Quod si datur sane ex corruptione morbum contingere, cocedunt utique vim in huiusmodi verbo *πτιαν*, subesse: siquidem aliquid est, quod corruptione efficiat. \*Omne autem quod aliquid efficit, per singulas causas ostenditur que corporibus subiiciuntur, idque tam in lethabilibus venenis, quam iis quae corporibus ingeneruntur. At qualunque causam ad causarum differentias propositas reduci oportere afferunt. Falluntur autem & hac in parte, quoniam haud exactam divisionem proposuerunt. Qui vero se Dogmaticos profidentur, causam hanc esse dicunt partim praeparantem, partim continentem, ut inguinum ulcus & inguinariam febrim, & quae tum causae finis & effectus per se praestanti assistat, tum etiam ab eadem separetur, ut a fractis praecipitatio. In summa quoties quidpiam luapte natura causa fuerit, nec illa caularum divisione comprehenditur, vitiosum est, neque causae ascribitur eorum quae idem genus sortiuntur. Sed quod ~~causa~~ <sup>causa</sup> sit, tum ex ipso nomine deprehenditur, tum & apertius ex iis quae contingunt ostenditur. Nam post impressum a venenata bestia ictum, quam, quælo, aliam arbitrantur mali causam, quam vim ipsam.

ab anno

ab animante profectam & illapsum in corpora virus quandoquidem neq; frigus, neq; aestum, neque excisionem, neq; cruditatem, neq; aliud quicquam simile causari possunt. Quoniā verò etiā causarū differētiis gaudēt, & aliquas continentēs, alias primarias seu evidentes appellat: ipsis dicendū, vtroq; istorum mōdorū causam esse. Ac euidens quidē dicetur, quod effectum præcedat & corporis substantiā præoccupet: continens verò, quod in morbis præsentibus etiam ipsa adsit, hācque remota, itidem recedant sīnūl & semel quæ cum ipsa euenerat. Sed de his haec tenus. Statuendū itaque corruptricem seu mortifera-ram illam vim intrinsecus manifestissimam esse causam, hūncq; veluti principem scopū nobis proponendū esse. Iccircō antequam irruant morbi, variis modis certandum est, usque dum vis tota corporibus excutiatur. Modò enim qua parte intrò subierit, eā reuocari oportet, modò retineri & quasi coērceri circa partem quampiam, præfertimque ignobilē, priusquam altius irrepens viscera tentet: aliās deniq; pernicies eius eluēda retundendā est, siquidem iam ipsa membra peruerserit. Cumprimum igitur hausto veneno vehemens succedit inflammatio, crebris vomitionibus excludendum id est: sicut morsūve impressum est, scarificatione,

affixis cucurbitulis, suetu & carnis scalpello  
facta circinatione: interdum etiam extremæ  
partis amputatione euocatur. Retinetur ve-  
rò atque cohibetur, infusis enematis & im-  
positis medicamentis acribus: hæc simul uti-  
que virus coercere & eluere possunt. Restin-  
guitur poro & euincitur meracioris vini  
passive potu, aut etiam esu acrum quæ con-  
traria vi polleant. Postremò tandem alui  
purgatio, sudoris euocatio, & alia quædam  
in communè, quæ sigillatim demonstrabi-  
mus, auxiliantur. Verumenimvero non cor-  
ruptricem tantum materiam ceu scopū, sed  
& eius magnitudinem ac ipsum quoq; tem-  
pus attendere oportet. Etenim ab his reme-  
dia quæ maximum discrimen capessunt.  
A magnitudine quidem, quoniam nonnulla  
è venenis tam haustis quæ iectu mortali  
infictis præsentia pericula confandi viu-  
habent, alia putredines altiores aut magis  
superficiarias excitant: alia dolores aut ye-  
hementiores aut leuiores cident, alia denique  
incommoda magis minusve infestantia in-  
uehunt. Quamobrem oportet quæ grauius  
periculum afferunt, valentioribus auxiliis  
oppugnare: quæ contrà minus infesta sunt,  
mitioribus. Quippe absurdum fuerit in gra-  
uioribus malis, segnioribus medicamentis,  
si ita contingat, ut atque adeò hominem in  
discrimen

discrimen adducere: in minoribus vero, præcipiti violentaque curatione frustra corpus excarnificare. Est & in promptu quæ à tempore desumitur indicatio: sunt enim quæ presentem ac subitaneam perniciem inferunt, alia vero non nisi temporis spatio, sed modo longiore, modo breuiore nocent. Itaque in acutis quidem, festinanter multa simul auxilia representari oportet, reliquis, tardius. Hisce artis quādam ceu formulam abūde complexi sumus: reliquum est, ut ad particularia sanguillatin exponenda progrediamur.

*Signa rabidi canis, eorumque qui ab eo demorfi fuerint.* CAP. I.

**D**E rabidi canis morsu tractatum aliis iccirco præposuimus, quod id animal, ut frequens & homini familiare est, ita & rabie sæpenumerò prehenditur, indeque perit, & ab eo sibi cauere difficile est: hinc tamen periculum ineuitabile hominē manet, nisi multis iisque cōuenientibus vtatur auxiliis. Plerūque vero canis in rabiem agitur per flagratiſſimos aestus, ac interdū etiam per ſauiflora frigora. Rabie autem correptus, & potum & escam auersatur, largā ſpuinatēmque pituitam naribus & ore proicit, toruum ac solito tristiū intuetur,

V v.